



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Coloniae, 1622**

Secum ipse dimicat. 15

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44900**

nimus affici paullatim ac delectari: demū consilium capit, olim, quæ legisset, imitari. 15 Enimvero hic se ipse aduersarium habere: multa, quib. cæptū desisteret, occurrere: iam inolita per vitæ licentiam consuetudo; iam eius, quod porro moliebatur, difficultas; & mille talia sollicitabāt. Sed nimirum cælestia præpotuere: & breui aduersus illam cogitationū intemperiem debellatum est. 16 Accidit fortè vt noctu, quòd ita iam eius consuetudo ferebat, cubitu surgeret: & in genua deiectus, preces Deiparæ VIRGINI litaret, cuius tum icona coram spectabat. Hic ingentis desiderij plenus, Virginem Virginisque filium adoritur, id vnum adnixus, vt apud eum ducem sacramento dicere liceret. Quippe mortalia prorsus abdicare, vniq; illi auctoratus æternum mancipari